Incipit liber qui intitulatur stimulus amoris in pijs-
simum ac dulcissimum ihesum saluatorem nostrum editus
a domino Bonauentura qui in tres diuiditur partes
In prima agitur de gloriosa passione In secunda de hijs
que ad contemplacionem disposita sit In tercia de tota contem-
placionis quiete

Currite gentes undique et miramini erga vos caritatem
dei erga ipsum caritatem et maliciam vestram Si enim
filius dei voluit inseparabiliter iungi nature humane quanto
tanto libencius anima nostra debet ei inseparabiliter co-
pulari Si enim filius dei voluit tanto cruciatus fieri homo et vilis-
simus cunctis et omnia quanta audiuimus debet unusquisque ad
ipsum recipiendum cor suum aperire Quare est pessima anima que
hoc negligat et potius vult stercoribus adherere Non enim
assumpsit dei filius carnem ut homo carni adhereret sed sic ipse
in carne animus carnem afflixit et carnalia contempsit et anima
ipsius deo patri adhesit sic homo carnem suam mortificet et
ipse se erigat ad diuina O admirabilis cecitas hominis que
constat ex anima et carne et anima sine comparacione sit nobilior car-
ne totum tempus suum expendit in prouisione blandicie carnis
seu in hijs que caro requirit et animam suam negligit ac si nichil
esset nec ipsam pascere nec in summo bono quietare studet cum tamen
hoc suauius hoc leuius et delectabilius sine comparacione aliqua valeat
impleri Ubique enim se offert deus homini et ut quasi sui ipsius imme-
mor non mortis filij pepercit ut mortem non requireret quia si mor-
tuus fuisset xpus quantumcumque bene operatus fuisset homo deum
in gloria numquam vidisset Corporalia autem semper fugiunt nec sine
multa sollicitudine labore et anxietate possunt plene possideri ab
aliquo in hoc mundo nisi forte dicamus quod ille plene omnia
possideat qui plene omnia contempsit Est magis mirabile
est quod tamen fit ubi anima et licet a carne aliquantulum inclinata non
tamen coacta sua voluntate subdit se carni et carnis beneplacita
nititur adimplere et deo se subdere cum exhortacionibus beneficiorum
collacione sine mina in prouocacione contempnit in ipso bono
et in ipsa utilitate dei non vult facere voluntatem Certe si anima
non esset omni animali peior deum cui plus est super omnia dili-
gere deberet et decretis non curaret Sed ergo o anima carne dile-
ctam ultam non xpi carnem amicis haberet parte et totum lucram
temus salute super crucem accta est oblata Unus ergo passionis
eminens in corde gerens cunctis continua meditacione mente
eleuanos quod agendum quod meditandum quod sentiendum indicabit

3799

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, Cod. 3799, Cod3799_1r – Antiphonarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-0rss/4064/42389)